



L. D. B. V.

DISSERTATIO JURIS GENTIVM ET GERMANICI 17  
OCCASIONE

EDICTI ADVERSVS DVELLA

A SERENISS. ET POTENTISS. PATRIAE PATRE  
PROMVLGATI

DE

VIOLATIONE

1709  
1717

SECVRITATIS

DOMESTICAE 1726

Hauß-Friedens-Bruch

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO IYVENTVTIS PRINCIPE

DN. FRIDERICO AVGVSTO

PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS SAXONICI  
HEREDE, ETC. ETC. ETC.

PRAESIDE

D. GEORGIO BEYERO

Pandectarum P.P. Curia Provincialis, Scabinatus Electoral. Sax.  
& Facultatis Jurid. Assessore

POSTRIDIE CALEND. IANVAR. dlo 1o CC IX.

IN AVDITORIO JCTORVM

SOLENNITER VENTILABIT

AVCTOR

HENRICVS FRIDERICVS von Ende/ EQVES MISN.

EDITIO SECVNDA.

VITEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS. 1717.

13

## CONSPECTUS DISSERTATIONIS

**N**eglectus hujus thematis §. 1. ejus causa §. 2. & commendatio §. 3. origo neque ex legibus Romanis §. 4. §. 5. neque superstitione Gentilium §. 6. neque prisca legibus Germanicis petenda §. 7. Securitas olim apud Germanos perexigua tum ob poenam mitiorem §. 8. tum ob nimium armorum amorem §. 9. & duellorum licentiam §. 10. non facile extirpandam §. 11. Hinc descendere diffidationes §. 12. Werigeldum §. 13. Guarandam §. 14. Temperamentum diffidationum primum: treuga Domini §. 15. alterum: pax perpetua inermibus concessa §. 16. 17. nec non vicis, aratris, molendinis §. 18. Pax Burgenfis ejusque origo §. 19. 20. pax municipalis §. 21. pax Ecclesiastica, Regia, judicialis & conventionalis §. 22. reliqua diffidationum temperamenta §. 23. Origo pacis domestica, deque ipsa statuta antiquiora §. 24. & noviora §. 25. Nata videtur in urbibus potentioribus §. 26. ejus Etymologia & Synonymia §. 27. Definitio Securitatis domestica ejusque violationis §. 28. Genus & causa efficiens §. 29. Subjectum reale; quodlibet habitaculum §. 30. non ambitus domus, nec limen §. 31. an caupona, palestra, Catadromus, cenaculum festidum? §. 32. 33. requiritur hostilis animus & ante ingressum premeditata nocendi voluntas §. 34. Sufficit oppugnatio edium §. 35. multo magis ingressus, etiam non violentus, dummodo inhabitantibus eorumve domesticis vis & injuria realis inferatur §. 36. An stupri causa in ades irruens pacem domesticam violat? §. 37. Sola vis offensiva huc pertinet §. 38. quis pacem domesticam violat? §. 39. quis eadem gaudeat §. 40. que violationis ejus poena, ipsiusque in Saxonia incertitudo §. 41. 42. hodie definita. §. 43.



§. I.

**F**requentissima in ore vulgi, rarissima apud JCcos securitatis, vel ut vulgo, pacis domesticæ mentio, ut ne Schilterus quidem, diligens, nec infelix Juris Germanici interpres, in opere Exercitationum ad Pandectas vel verbulo ejus meminerit. Ita Joh. Philipp. Datt in *Volumine de Pace Imperii publ. Lib. 1. c. 16.* Monasteria, Molendina, Vineas, Pomaria securitate gaudere tradit, de domibus privatis, neque ibidem neque alibi opus laudatissimum agit, nec in illustris Hertii *Opusculis* quicquam, quod ad rem præsentem faciat, repereris. Plerique alii perfunctorie eam materiam tractant, & miramur desultoriam Wehneri in *observat. pract.* Speidellii in *Sylloge*, Befoldi in *Thesuro practico*, atque qui, quæ desiderari poterant, addidisse videri vult, Dietherri in ea enucleanda operam. Plenius hanc rem in *Peric. IV. statutor. barm. pract.* se discussisse refert Henr. Gisebert. in *Justinian. harmon. tit. de Injur. §. 8. num. 307. seqq.* Verum hoc Periculum IV. typis nunquam exscriptum esse conjicit Dn. Præses in *Notit. Autor. Jur. Specim. II. num. 39. in fin.* ut neque inde quicquam

quam expectandum sit. Demum quæ Gryphiswaldiæ anno 1674. prodiit *de pace domestica disputatio*, maximam partem ad alia digreditur, & ubi intra fines Thematis continetur, rem ex principiis alienis definit.

II.

Causa neglectus partim ea videtur, quod leges Romanæ huic themati explicando non sufficiant, partim quod leges Germanorum universales & provinciales nunquam fere securitatis domesticæ meminerint, sed ejus vestigia quædam ex statutis urbium legenda sint, quæ tanti visa non sunt Jctis nostratibus, ut magnam in iis enucleandis operam ponant. Postquam vero AVGVSTISSIMVS REX ET ELECTOR SAXONIAE, DOMINVS MEVS PERQVAM CLEMENTISSIMVS Edicto contra vindictam privatam & duella d. 15. April. 1706. publicato in violatores securitatis domesticæ severius animadverti voluit §. 7. 8. 12. nemo dubitabit, me operæ facturum pretium, si pro ingenii viribus in indolem securitatis domesticæ & modos eam violandi penitius inquirivero.

III.

Etenim Serenissimus Potentissimusque FRIDERICVS AVGVSTVS amore plusquam Paterno subditos complexus, perfectæ felicitatis summam, pacem omnigenam inter eos stabiliturus pro morbi inveterati altasque radices agentis nec leviora remedia admittentis modo acriorem, & quæ malo evellendo sufficere possit, medicinam opposuit, qua singulari Numinis beneficio effectum est, ut probus quisque vitæ, valetudinis, famæque & existimationis suæ securus sub CLEMENTISSIMI PRINCIPIS tutamine Deo, Reip. sibi que vivere & egregiis facinoribus inclarescere possit, ut vasalli militesque Regiû arma non in sui invicem, sed in hostium, perniciem gerant,

rant, ut, qui artibus togatis incumbunt, ab omni feritate alieni serio pacem cogitent, demum, ut omnes discant, potissimum subditorum officium esse, ut tutelam & defensionem sui, juriumque vindicationem a Principe expectent, neque temere in jura Majestatis, quæ omnia ad duo summa capita *defendendi & regendi* subditos revocantur, involent, denique temerariam & contra Imperantis prohibitionem tentatam fortitudinis ostentationem non virtutis sed flagitii rationem habere: Quo ipso evenit, ut Academia, & imprimis hæc alma nostra, quæ olim violentiæ perniciosæ & profligatæ licentiæ theatrum habitum fuit, jam tranquilla Sapientiæ, Prudentiæ & Musarum sedes conspiciantur. Servet Deus MAXIMUM PRINCIPEM cum PROLE SERENISSIMA, faciatque ut sub scepro Ipsius gloriosissimo Ecclesia Provinciæque subjectæ floreant, & nova indies felicitatis incrementa fortiantur.

#### IV.

Perquam vero oportuna in argumentis ejusmodi obscurioribus methodus videtur, si indagatio historica exactiori rei tractationi præmittatur. Quamobrem non mirabitur Lector, si definitionem securitatis domesticæ ad paginas posteriores rejectam videat. Originem ejus multi ex Jure & moribus Romanorum requirunt, quia *L. 5. pr. §. 2. & §. 5.* dicitur, legem Corneliam de injuriis competere ei, qui domum suam vi introitam esse dicat. Domum vero accipi non propriam duntaxat, sed in quacunque quis habitat vel hospitatur, dummodo non momenti causa. Sola meritoria vel stabula excipi, idemque repetitur *L. 23. ff. eod. §. 8. Instit. de injur.* (Ubi obiter notandum, Julium Paulum, quando *Lib. V. recept. sentent. tit. 4. §. 8.* Legis Cornelie contenta recitat, nullam violentiæ, sed directariorum mentionem facere,

A 3

gene-

generis hominum fraudulentæ & sæculariis affini; qui clanculum in ædes alienas se insinuant) Porro quæ nemo de domo sua in jus vocari debet; etenim domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum est, isque, qui inde in jus vocaret, vim inferre videbatur *L. 18. ff. de in jus voc.* Sed & si is, qui domi est, interdum in jus vocari posset, tamen de domo sua nemo extrahi debebat *L. 4. §. 5. ff. de damn. infect. L. 21. ff. de in jus voc. L. 103. ff. de reg. jur.* Itaque qui hominibus armatis possessorem domo agrove suo, aut navi sua dejecerit, ædes alienas aut villas expilaverit, effregerit, aut seditione vel concursu expugnaverit, lege Julia de vi publica; si sine armis, de vi privata teneretur & pro ratione circumstantiarum capite punitur, *L. 3. §. 2. § 6. L. 11. pr. ad L. Jul. de vi publ. L. 5. ad L. Jul. de vi privata.*

V.

Hæc, & si quæ sunt similia, legum Romanarum capita, utcunque speciem pacis domesticæ habeant, revera tamen eo non pertinent. Violentiam ædibus illatam ad injurias & vim prohibitam pertinere non negamus, criminis vero separati vel atrocioris rationem induere non perspicimus. Violenta in ædes alterius irruptio non magis injuria erat, nec gravius puniebatur, quam si quis aliquem pulsaverit; quodque in expugnatores ædium capite aliquando animadverteretur, ratio non ex loco, sed ex modo, requirenda est, si videlicet in turba & seditiose vis commissâ fuerit. Heic vero quærimus fundamentum criminis, quod ob loci circumstantiam a reliquis ejus generis delictis sæcernitur & pœna graviori coërcetur. Quo pertinet elegantissima Molleri *ad P. 4. Const. 46. n. 5.* conjectura: Quod pulsationis, inquit, & verberationis tantum, non etiam domus vi introitæ mentionem facit hæc constitutio, id haud dubie ex hac causa factum,



factum, quod moribus nostris is, qui domum alterius  
vi introiisse convincitur, non tanquam qui injuriam fe-  
cerit, sed tanquam violator pacis privatæ seu domesticæ  
Als ein Haus-Friedens-Brecher punitur.

VI.

Quo ipso & iis, qui domuum sanctimoniam ad gen-  
tilissimi superstitionem referunt, satis fieri putamus. Quan-  
tumvis enim Cicero *in oratione pro domo sua, sect. 41.* post-  
quam nihil sanctius, nec omni religione munitius quam  
domum uniuscujusque civium dixisset, eam ipsam ratio-  
nem statim subjungat: Hæc aræ sunt, hæc foci, hæc Dii  
penates, hæc sacræ religionis ceremoniæ continentur,  
hoc per fugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi  
neminem fas sit. Et *Sergius in Virgil. 2. Æneid.* singula  
ædium membra diis sacrata putet; Nihil tamen ibi de  
speciali violatæ pacis domesticæ crimine. Nempe so-  
lenne erat Romanis æque ac aliis gentibus, certas res,  
quas minime violari æquitas vult, & reipublicæ interest,  
Sanctimonia quadam & religionis pervasione munire.  
Ita mœnia urbis ducto aratro aliisque ritibus semideo  
dedicabantur; ita sepulchra diis manibus consecrabantur;  
ita Numa Pompilius leges, quas ad populum ferebat a  
Dea Egeria profectas seque felicibus ejus amplexibus  
frui fingebat; & quæ plura in antiquitatibus Romanis  
obtentus divinitatis reperiuntur exempla. Quis vero  
Sanctiones de munimentis urbium & castrorum & se-  
pulchris non violandis, deque legibus humanis religiose  
custodiendis hodie cessare dicat, corruente licet divini-  
tatis opinione? quemadmodum itaque præcipitato ju-  
dicio *legem 18. de in jus voc.* rationem non habere Regne-  
rus *ad d. l. 18.* pronunciat; Ita per inferius dicenda ista  
disputatio ad nos non attinet. Sed neque Germani co-  
hibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris spe-  
ciem

ciem assimilare ex magnitudine cœlestium arbitrabantur. Tacit. *de mor. Germ.* cap. 9.

VII.

Alii crimen violatæ pacis domesticæ priscis Germanorum moribus tribuunt, quibus non unus Juris Saxonici & Alemannici textus suffragari videtur. Ita Jure Saxon. provinc. *Lib. 2. art. 13.* & Jure Alemann. *cap. 15. num. 10.* inter eos, quibus capitis pœna imminet, etiam referuntur: Die den Friede brechen. Ita *Lib. 3. art. 78.* disponitur: Seinem wegfertigen Gesellen und seinem Birth / da er geberberget ist gewest / und seinem Gast / und wer zu seinen Gnaden fleucht / dem soll ein jeglich Mann helfen wider allermänniglich / auf daß er sich erwehre unrechter Gewalt / und thut daran wieder seine Treue nicht. Verum ex textibus prioribus, qui de pace in genere loquuntur, ad speciem ibi non nominatam tuto argui nequit. Posterior vero textus separatim violatæ securitatis domesticæ crimen non supponit, sed moderamen inculpatae tutelæ declarat, ubi perinde est, an quis in ædibus meis salutis præsidium quærat, an auxilium meum in media platea imploret. Carpzov. *P. I. Quæst. 32. num. 1---13.* neque certum est, locutionem istam: Zu seinen Gnaden fliehen / id denotare, quod vult *Gloss. Germ. ad d. art. 78.* Das ist / der in seine vier Pfähle fliehet. Quidni potius denotet refugium ad protectionem alterius, ubicunque demum is reperitur? Quod vero Vasallo hospitem etiam contra dominum feudi defendere liceat, nemo mirabitur, qui jura hospitalitatis apud priscos Germanos non ignorat. Vid. Tacit. *de M. G. cap. 21.* & Jul. Cæs. *de Bell. Gall. Lib. 6. c. 23.* Hospites violare fas non putant, qui quaque de causa ad eos venerant, ab injuria prohibent, sanctosque habent. add. Cluver. *German. antiq. Lib. 1. cap. 19.*

VIII.

## VIII.

Et ut distincte res intelligatur, præsuppono 1.) securitatem cuique innocenti non solum in domo sua, sed ubicunque ab aggressione iniusta, jura gentium præstari, pœnam vero insultus eo jure non determinari, 2.) eam securitatem idiomate prisco teutonico *pacis* nomine venire, 3.) pœnam generalem violatæ pacis, *wenn gemetzner Friede gebrochen wird* / apud Germanos pro atrocitate delicti valde exiguam fuisse. Ita Tacitus *cap. 21.* luitur etiam homicidium certo armentorum & pecorum numero, recipitque satisfactionem univërſa domus. Et *cap. 12.* levioribus delictis pro modo pœna: equorum pecorumque numero convicti multantur. Pars multæ Regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur, vel propinquis ejus (ecce cædem inter leviora delicta relatam) exsolvitur. Neque pœnæ levitas ex raritate delicti descendebat. Quin potius teste Tacito *cap. 22.* crebræ, ut inter vinolentos, rixæ raro conviciis, sæpius cæde & vulneribus transgebantur. Alia itaque tantæ licentiæ causa quærenda est; Sed nec aliam reperire licet, quam alte nimis animis impressam fortitudinis opinionem, quam ubique illibatam servare omni industria nitebantur; hinc pro libertate, in qua Taciti ævo vivebant, vindictæ privatæ licentiam mordicus tuebantur, quæ ad nostra usque tempora ipsis extorqueri vix potuit.

## IX.

Scil. unica penes Germanos virtus & perfectio fortitudo bellica videbatur. Hinc tantus armorum amor, ut in consilium, ad negotia, nec minus sæpe ad convivia armati procederent, Tacit. *de M. G. cap. XI. & XXII.* nihilque nec publicæ nec privatæ rei nisi armati agerent, *cap. 13.* Hinc sponsus munera non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves &

B

fre-

frenatum equum & scutum cum framea gladioque spon-  
sæ; atque invicem ipsa armorum aliquid viro offerebat.  
vid. Tacit. *de M. G. cap. 18.* Hinc armorum interventu e-  
mancipabantur, de quo Tac. *cap. 13.* Ignavi vero & imbel-  
les & torpore infames cœno ac palude, injecta insuper  
crate mergebantur. Tac. *cap. 12.* Hinc, si civitas, in qua  
orti erant, longa pace torperet, plerique nobilium ado-  
lescentium petebant ultro eas nationes, quæ tum bel-  
lum aliquod gerebant. Nec arare terram aut expecta-  
re annum tam facile persuaseris, quam vocare hostes &  
vulnera mereri: pigrum quinimo & iners videbatur fu-  
dore acquirere, quod possis sanguine parare. Tacit. *cap.*  
*14.* Quoties belli non erat occasio, venatibus, tanquam  
præludiis & Symbolis bellorum, aut otio magis indulge-  
bant, quam ut rei agrariæ curam haberent. Tac. *cap. 15.*  
item Cæs. *de Bell. Gall. L. VI. cap. 23.* memoriæ relinquit:  
Vita omnis in venationibus aut in studiis rei militaris  
consistit. add. Cluver. *German. antiqu. Lib. 1. cap. 43.* quin  
latrocinii in gentes finitimas vacabant, qua de re iterum  
Cæsar *d. lib. 6. cap. 23.* Latrocinia nullam habent infami-  
am, quæ extra fineis cujusque civitatis fiunt; atque ea  
juventutis exercendæ ac desidiæ imminuendæ causa  
feri prædicant. add. *observat. Halens. 6. Tom. VII. & Cluver.*  
*Lib. I. cap. 19.*

## X.

Vim itaque offensivam non adeo leges publicæ  
quam opposita vis privata arcebat, nec tanta tum erat  
Principum autoritas, tamque erminens ac hodie Impe-  
rium, utpote qui autoritate magis svadendi quam ju-  
bendi potestate pollebant. Quædam nationes addictius  
regebantur, sed nondum supra libertatem, add. Hug.  
Grot. *de antiquit. Reipubl. Batav. cap. 2.* tantum igitur abe-  
rat, ut singuli adversus singulos arma sibi extorqueri  
pate-

paterentur, ut potius monomachia frequentissimus tum crimen alteri imputatum, tum innocentiam probandi modus in Judiciis per multa secula, postquam Germania Christo nomen dederat, superesset. Monumenta hujus rei in medium proferre nimis prolixum foret, idque jam præstitit *Vischerus* peculiari *de duello proviso & improviso* Commentario. Itaque loca quædam potiora solennitatem duelli judicis auctoritate indicti experimentia allegasse sufficiet, videlicet *Schwab. Land-R. cap. 170--175. Ordnung des Kampff-Rechts am Land-Gericht zu Franken in Goldast's Reichs-Sagungen Tom. I. pag. 263. seqq. Sächs. Land-R. Lib. I. art. 63. Weichb. art. 35. add. Joh. Christ. Becman. Vol. I. Disp. I. de Judiciis Dei cap. 5.* Neque solum futurorum eventuum præfagia inde capiebantur *Tacit. de Mor. Germ. cap. 10. in fin.* Sed & quod maxime mire- ris, quæstiones juris duello explorabantur. Ita cum sub Ottonum Imperio controversia enasceretur, utrum in successione legitima descendentium proximior remotionem excludere debeat, conventus propterea edictus in arbitros compromisit; Rex autem rem magis inter gladiatores discerni jussit, & vicit pars, quæ nepotibus cum patruis hereditatem tribuebat. *Conring. de Or. Jur. Germ. cap. 18. conf. Camerar. bor. succis. cent. 2. cap. 19.*

### XI.

Abrogatis duellis judicis auctoritate indictis reman- serunt privata, tam probandæ innocentia causa ab ob- jecto crimine instituta, quam vel maxime ostendendæ fortitudinis, & elidendæ ignavia, vecordia, timidita- tive imputatæ, cujusmodi exprobratione nihil magis animos gentis armorum cupida irritare aptum est. Quantumvis vero demum sanctionibus pœnalibus licen- tia ista magis magisque cœrceretur, ad usque tamen patrum nostrorum memoriam duravit, ipsis decertan-

tibus; & qui arbitrorum vel auxiliatorum nomine actui intererant, facinus quanto fieri poterat studio celantibus, quo ipso quot viduæ, liberi orphani, orbique parentes effecti sint, dici, numerarique vix potest.

XII.

Sed ut propius ad rem accedamus, diffidationes die *Zehden* oder *Befehdungen* præsupposita securitate domestica toleratas non fuisse necesse est. Etenim diffidatio erat denunciatio hostilitatis & extremæ persecutionis, cædium videlicet, incendiorum & direptionis bonorum, atque adeo procul dubio violationis securitatis domesticæ. Quæ denunciatio vel viva voce, vel literis, vel signis, utpote scopis, carbonibus, hastis ferratis præuultis & sanguine tinctis, similibusque Symbolis omnimodam devastationem significantibus fiebat. Nimirum jam Taciti ævo suscipere tam inimicitas seu patris seu propinqui, quam amicitias necesse erat. *De mor. Germ. cap. 21.* & quamvis tum temporis non durarent implacabiles, sed certo pecorum numero offensa lueretur, succedentibus tamen seculis inimicitias familiarum acrius & apertius exacerbatas credibile est, deque Batavis *Grotius d. 1. de Germanis* vero *Hertius Opusculor. Tom. III. Disp. de bere de occisi vindice Sect. 5. tb. 7. seq.* testatur, nobilissimas familias quandoque penitus excisas, nullumque litium finem fuisse, quamdiu aliquis superesset, qui defuncti proximi causam posset suscipere; certe id tamdiu durasse, donec vindices jurejurando promitterent, se non amplius injuriam defuncti ulturos. Atque eandem ob causam familia mea, quæ ex gente *Wolffersdorffiorum* derivatur, novum cognomen sortita est, referunt enim, iisdem diffidationum temporibus ascidisse, quod cum duo (an ambo ex eadem *Wolffersdorffiorum* scil. familia, an unus saltem, nescio) ejusmodi bella privata adversus

fus

ſus ſe invicem per longum temporis ſpatium maxima cum utriusque pernicie absque ullo fere fine gerent, eorum unus harum inimicitiarum pertæſus finem tandem imponendum eſſe judicaverit, & compositionem amicabilem primus obtulerit, eamque ob cauſam cum deſcendentibus ſuis in perpetuam rei memoriam cognomen *de rer von Ende* confectus ſit.

### XIII.

Iſta reconciliatio ut plurimum oblato equorum vel pecorum numero a familia læſi aut occiſi impetrabatur, poſtea certa pecuniæ ſumma, qualis hodieque in Saxonia heredibus ejus, qui culpa noſtra aut a noſtro animali occiſus eſt, ſolvi ſolet, atque *Weregeld*, *Widrigild*, *Sühngeld*/*Friedgeld* x. appellatur. Nempe pars mulctæ Regi vel Civitati, pars ipſi qui vindicatur, vel propinquis ejus exolvebatur, docente Tacito *cap. 12.* priorrem Speciem *Sühn* vel *Friedgeld* / poſterioſerem *Wehrgeld* & *Manngeld* vocari putat Schottelius *von der teutiſchen Hauptsprache* / ſed absque ratione, ſibi que ipſi contrarius. Etenim *Friede* & *Sühne* pacto æque ac juſſu judicis nitebatur, de quo paulo inferius. Circa Quantitatem in diverſas ſententias abeunt Interpretes. vid. *Schilter. ad Pand. Exercit. XIX. tb. 14--33.* & *Carol. du Fresne Gloſſar. voc. Wera, Weregeld, Widrigilt. p. m. 1398. ſeq.*

### XIV.

Quodſi ulterius per conjecturas progredi liceat, Guarranda etiam, *die Gewähr der Klage* ex hoc themate requirenda erit. Eam ab initio propter cauſas ſangvinis inventam eſſe plerique, alter alteri ſuccincentes, tradunt, at genuinum fundamentum nemo, quod ſciam, exponit. Planam vero rem fieri putamus, ſi ex Tacito atque ex ſupra dictis *ſ. 10. 11. 12. 13.* notemus, agnatis occiſi vel vulnerati vindictam incubuiſſe, eos tamen accepto

quasi pro defuncto pretio hostilitatem eiurasse atque in gratiam cum lædente rediisse, satisfactionem universæ domui cesisse; Tacitus *cap. 21*. Fac ergo unum pluresve agnatorum, sed non omnes cum lædente pactos esse & satisfactionem recepisse; neququam hic a reliquorum agnatorum insultu tutus erat, nisi præstationem indemnitate ab iis, quibus cum transigebat, stipularetur. Sed & ipsos transigentes proprio nomine, se injuriam non ultimos porrecta dextra scriptave cautione promississe, formulæ veteres Marculphi aliorumque & Strauch. *amœnitat. Jur. Canon. semestr. 2. eclog. 9. cap. 15.* docent. Et rem totam confirmat *Sächs. Weichb. art. 85. & 89.* Hæc itaque præstandæ Warandæ necessitas ad indemnitate adversus accusationem judicialem aliorum, quin & ad actiones civiles producta fuit. Cui bono, ii viderint, qui tam amplas extensiones invalescere passi sunt. Conf. *Coler. P. I. Decis. 109. ibique addition.* Berlich. *P. I. Concl. 19.* de vocis etymo agit Hert. *L. I. Paræm. Germ. 18. §. 2.* & du Fresne *Glossar. voce Warantus.*

### XV.

Tam perditis moribus supra §. 12. *sub fin.* descriptis obviam ituri Principes, nullum remedium, cui quidem malum cederet, invenire poterant, itaque curæ Ecclesiæ temperandum committebant, quod tolli statim non poterat, id vero cœptum, si Strauchio credimus, anno 1031. in Aquitania, ac in Concilio Lateranensi circa annum 1179. ubi 1) die Jovis, Veneris, Saturni & Solis per singulas hebdomadas induciæ s. treuga Domini obrentu religionis fanciabatur, vid. *Sächs. Land:R. Lib. 2. art. 66.* §. Heilige und gebundene Tage u. Schwab. Land:R. *cap. 4.* quinam vero sint heilige und gebundene Tage intelligimus ex *cap. I X. de Treuga & pace*: scil. ab Adventu Domini usque ad octavas Epiphaniæ, & a Septuagesima usque



usque ad octavas Paschæ. His postea sub Urbano II. Pont. Max. tempus a primo die rogationum usque ad octavas Pentecostes additum fuit, Strauch, *d. Semestr. 2. Eclog. 9. cap. 15.* Sed & alia atque alia pro locorum diversitate, puta: omnia festa Beatæ Mariæ cum præcedente die & subsequente, Sancti quoque Joannis Baptistæ & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli & omnium Sanctorum festa omnia. vid. Gonzal. Tellez. *in notis ad d. cap. 1. de treug. & pac. n. 9.*

### XVI.

Alterum diffidationum temperamentum non multo recentius erat pax perpetua inermibus personis, præcipue Sacro negotio vel rusticationi operam dantibus indulta, qua de re extat *cap. 2. X. de treug. & pace*: ubi Alexander III. innovamus autem, ut Presbyteri, Monachi, Conversi, peregrini, mercatores, rustici euntes & redeuntes & in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & quæ semina portant ad agrum, congrua securitate latentur. Comparari meretur *Sächs. Land-N. d. art. 66. Lib. 2.* ubi Imperatoriæ auctoritati pax intermibus indulta tribuitur, & rustici quidem ac mercatores omittuntur, contra Judæi & sceminæ connumerantur: *Alle Tage und allezeit sollen Fried haben Pfaffen und geistliche Leute / Mägde (i. e. virgines) Weiber und Jüden an ihren Leib und an ihren Gut.* At jus Provinc. Alemann. *cap. 194.* mercatores huic immunitati restituit, & rationem addit: *Die Leute/ die hievor genennet sind / die sind darum genennet sonderlich / daß sie selbst nicht Wehr haben.* In Recessu Imperii paulo ante diffidationes plene eliminatas anno scil. 1442. promulgato Judæi & sceminæ iterum prætermittuntur, contra reponuntur mercatores & rustici, superadditis vinitoribus, aurigis, gravi morbo decumbentibus, puerperis & Land-  
süh-

föhren S. Landsföhren / vulgo circumforaneis. In  
tam diversa personarum commemoratione mysterium  
quærere per me cuilibet integrum esto. Id vero no-  
tari meretur, non quosvis, sed solos religionis causa pe-  
regrinantes, Pilger in *d. cap. 2.* innui, prout recte monet  
Gonzal. in *notis ibid.* & clarius indicat allegatus Imperii  
Recessus *d. §. 6.*

### XVII.

Cum primis necesse erat, ut recitatæ personæ per-  
petua pace gaudentes ita se gererent, ne quis de ipsis su-  
spicandi vel metuendi causam habere possit; si secus age-  
rent, privilegio excidebant. Ita diserte Sächs. Land-R.  
*Lib. 3. art. 2.* Pfaffen und Jüden die Waffen föhren / und  
nicht geschoren sind nach ihren Rechten / thut man ihnen  
Gewalt / man soll ihnen das verbüßen als andern  
Läwen / denn die sollen keine Waffen föhren / die unter  
des Königs Frieden begriffen sind. *add. Lib. 2. art. 71.* adhuc  
arctius eorum privilegia constringit Jus Alemann. *cap. 195.*  
(cæterum cum Saxonico plane conveniens) ne objici  
possint, si quis eos offendat in lupanari aut œnopolio,  
aut si propria ipsorum culpa lædantur.

### XVIII.

Hanc perpetuam securitatem non difficile erat ad  
vicos extendere, præsertim cum Jus Canonicum eam  
templis, monasteriis, & cæmeteriis vindicaret, & per  
spatium XXX. passuum Ecclesiis, atque LX. mona-  
steriis circumjectum proferret, Strauch. *d. cap. 15.* Sed  
& alia ratio accederet, quod vicus sit mansio intermi-  
um minime munita, agriculturæ tamen, & sustentatio-  
ni omnium civium maxime necessãria, cujus devastatio  
nemini proficua, omnibus noxia, atque adeo non  
fortitudini sed temerariæ protervix annumeranda sit,  
quippe cum servile rusticorum genus tum temporis  
armis

armis tractandis plane ineptum fuerit. Eadem ratio sancta esse volebat aratra & molendina. Qua in re iterum amice conspirat Jus Germanicum utrumque Sächs. Land:R. Lib. 2. art. 66. & Schwáb. Land:R. cap. 194. ubi, nescio an consilio, an incuria, factum sit, quod in d. cap. 154. legatur: und jeglich bedarff/ pro: jeglich Dorff/ quod scil. vicis quam maxime indigeamus. Ex eadem ratione derivandum videtur, quod rapina in molendino vel circa aratrum commissa durissimo crurifragii supplicio vindicata fuerit Schwáb. Land:R. cap. 115. §. 4. Sächs. Land:R. Lib. 2. art. 13.

### XIX.

Verum hæc omnia ad securitatem cujusque domus nec quicquam referri possunt, nec dum enim pax Burgenfis perpetua publica que lege stabilita erat, sed in proverbium abierat, Burgos pace non gaudere. Notatu dignissimi sunt utriusque Juris Germanici textus. Sächs. Land:R. Lib. 3. art. 8. Schwáb. Land:R. cap. 193. ubi proverbium de burgis & principibus pace non gaudentibus non nisi quantum ad principes refutatur, nec argumento quidem universali. De pace Burgenfi vero ita videtur: Diffidationibus impune grassantibus familiæ si ampliores essent, singulæ, aut si tenuiores, plures arctiori fœdere conjunctæ castra s. burgos (in recentiori significatu, qualis in textibus supra adductis reperitur, conf. Illustr. Hert. *Paræm. Juris German. X. Lib. 2.* non in antiquiori, ubi burgum non nisi sepimentum aut locum sepimento cinctum denotat. vid. Cluver. *German. antiqu. Lib. I. cap. 13. sub fin.*) contra invasiones aliorum extruebant, commune uxoribus & bonorum receptaculum, ipsorumque patrumfamilias refugium. Quod negotium maximi momenti, maximique periculi, si qua inter cohabitantes discordia oriretur, non sine prudente circum-

C spe-

spectione, prout Germanæ gentes præ aliis providæ & solertes erant, suscepisse, credendum est. Itaque pactis firmabant concordiam, & ad eam sanctius custodiendam non minus spe lucri se invicem alliciebant, quo Ganerbinatus & conventiones de bonis ad extraneos non transferendis referri debent, quam severitate animadversionis familiam adigebant, qualia pacta in universonomine Pactus aut Pacis Burgenfis indigitabantur, cujus memorabile exemplum Hering. *de Jur. Burgor. cap. 1. n. 739. sqq.* suppeditat. add. Wehner. *observ. Pract. & Befold. Theaur. Pract. voce: Burgstried n. 93.* Enimvero cum securitas singularis Burgo quæsitæ ex pacto descenderet, eam tabulis publice affixis, quas salvaguardias vocant, indicari oportuit, in quibus genus supplicii, quod violatores manet, & plerumque manus amputatio est, depictum cernitur, alibi sola vox *Burgstried* inscripta legitur, poena enim hodie sat nota est, quamvis rigor ipsius ut plurimum mitigetur. add. Carpz. *P. I. Quest. Crim. 40. n. 30.-35.* Solennitates in Curia Anglicana adhiberi solitas, & vel solo apparatu terrorem incutientes describit Jac. Döplerus *in theatr. supplicior. P. I. cap. 1. n. 130. seq.*

## XX.

Ex dictis constare puto: Pacem Burgensem generali lege olim non stabilitam fuisse, nec eo pertinuisse, si burgus oppugnaretur, neque si extraneus burgarium male haberet, sed si ganerbiorum domestici inter se depugnarent, quæ quidem res ad modos violandi pacem domesticam plane non pertinet, & si vel maxime Pax Burgenfis jam olim, prout nunc est, lege publica stabilita fuerit, inde ad pacem domesticam non recte arguitur; in burgo enim vel aula pacem burgensem quilibet in quolibet, non in solo principe vel domino lædit, at pacem domesticam a cohabitantibus regulariter violari non

nōn potuisse, infra ostendemus. Plura de pace Burgenfi & Ganerbinatibus commentati sunt Datt. *de pac. publ. Libr. I. cap. 16.* Stryck. *de Success. ab intest. Dissertat. II. X. cap. 8.* quæ ad institutum nostrum non pertinent.

### XXI.

Succedebat Pax municipalis, *Weich*; oder *Stadt-Friede*; quæ duo Synonyma fuisse, & *Wick*; idem quod *Vicus*, denotare Schottelius *de Singularibus & antiquis German. Juribus cap. 9. §. 6. & 7. & cap. 10.* ostendit. Ea vero pacis & securitatis sanctio derivata est a pace Ecclesiarum; valde enim probabile & annalibus Germanorum conveniens est, urbes primitus ab Episcopis excitatas fuisse, eosque pacem consensu Imperatoris vel Ducum ibidem edixisse. Huc imprimis facit textus *Weichbildi Saxon. art. 9.* *Darüber ward ihn von ihm St. Peters Friede von Gottes wegen gewircket und gegeben mit einem Creuz, das ist noch das Ubrkund/ wo man neue Städte bauet oder Märkte machet/ daß man da ein Creuz setzet auff dem Markt/ durch das man sehe/ daß Weichfried da sey/ und man hencket auch da des Königes Handschuch daran/ durch das/ daß man sehe/ daß es des Königes Wille sey.* Quid vero proprie sub voce pacis municipalis intelligatur, nondum satis certum est. Schottelius *d. cap. X. §. 2.* esse ait *ius illud* pacis in vico, quo fruebantur ii, qui erant liberi, seu in libertate constituti. Quodnam vero *ius illud*? ex textu subjuncto, *Weichb. art. 4.* conjicio, Schottelium intellexisse præsumtam libertatem eorum, qui per annum & diem in urbe habitaverant, ne aliis ipsos in Servitutem temere revocare liceat. Ac Hahnus *ad Wesenbec. tit. de vi publ. n. 3.* pacem municipalem ab iis violari dicit, qui vigiles in excubiis stantes pulsant vel verberant. Res forte non ita difficilis: municipia & illorum incolæ nec non commercii causa adveni-

entes immunitate fruebantur, ne quis intra mœnia vim  
 ipsis quocunque modo inferret, siue id in foro, siue in  
 platea, siue in domibus fieret. Eam vero prohibitionem  
 exteris potissimum coërcuisse puto. Interim sufficit  
 Dorf-Burg & Weich-Fried cum pace domestica, quate-  
 nus hæc grauioribus pœnis communitur, quam si quis in  
 publico vim patiatur, nihil commune habere, & quid opus  
 fuisset personas quasdam domo non egredientes, videli-  
 cet puerperas & ægrotos specialibus sanctionibus tutas  
 reddere, si quævis domus omnimoda securitate gavi-  
 sa esset?

XXII.

Et, ut verborum compendium faciam, securitas vul-  
 garis cum perexigua esset, & multa pecuniaria expiari  
 posset, sub comminatione grauioris pœnæ certis perso-  
 nis vel locis eminentiori modo indulgebatur, eaque vel  
 temporaria erat, vel perpetua, illa treuga, hæc pax, pri-  
 sco vero Germanorum idiomate utraque Friede voca-  
 batur. Utraque vel legibus Ecclesiasticis vel secularibus  
 vel iudicis iussu vel partium conventionem indicabatur.  
 Prima Treuga Domini, Gottes Friede / St. Peters  
 Friede / Weichb. art. 9. altera Königs Friede / Sächs. Land-  
 R. Lib. 3. art. 2. & 7. (atque hæc ipsa est, quæ in iure Sve-  
 vico Provinciali cap. 194. der andere Friede dicitur, quate-  
 nus scilicet paci ab Ecclesia introducta postponitur) ter-  
 tia gewirckter Friede / Sächs. Land-R. Lib. 2. art. 4. & 14.  
 Lib. 3. art. 20. & 36. Lib. 1. art. 63. quæ aliquando non absque  
 ritu solenni peragebatur. Sächs. Land-R. Lib. 3. art. 56.  
 quarta Gelobter / & (quia ut plurimum iuramentum ac-  
 cedebat) Geschworne Friede. Sächs. Land-R. Lib. 3.  
 art. 9. Lib. 2. art. 71. Weichb. art. 85. Schwab. Land-R. cap. 139.  
 & cap. 192. n. 2. atque hæc duæ posteriores, quatenus ad reos  
 criminum referuntur, reuera erant saluus conductus, das  
 sichere

sichere Geleit/ quo quis non solum ab incarceratione, sed vel maxime ab assultu privato læsi aut cognatorum ejus tutus præstabatur, unde quoque dabatur zu recht und vor unrechter Gewalt; addita conditione; daß er sich auch geleitlich verhalte/ quæ hodieque literis salvi conductus inferuntur. Poena pacem eminentius ita dictam violentantium ecclesiastica erat excommunicatio, secularis in præsentem regulariter gladius, in absentem bannum, die Acht/ vid. cap. 1. X. de Treug. & pac. Sächs. Land-R. Lib. 2. art. 13. Lib. 3. art. 9. Schwäb. Land-R. cap. 115. num. 10. cap. 195.

### XXIII.

Ultimum diffidationum temperamentum erat, ne quem ex improviso adoriri liceat, sed ut minimum inter diffidationem, quæ ad domicilium ordinarium fieri debebat, & violentiam triduum intercedat. *Aur. Bull. cap. 17.* ibique Rumelinus, Limnæus, Arumæus. Neque permittebatur, nisi judice prius de justitia administranda implorato, quod ultimum requisitum profecto dicis causa adhibitum fuisse videtur: vel enim sententia lata non fuit, vel fuit. Priori casu expectari debuisset; posteriori res decisa erat, neque ergo ad arma redeundum. At nec expectandam fuisse sententiam ex *Recess. Imper. de anno 1442. §. 1.* discimus, verb. und ihm solch Recht viel leicht nicht so bald/ als er wolt oder begehret/ gedeyen oder wiederfahren möchte. Demum saluberrima Maximiliani Constitutione pacem publicam anno 1495. & 1500. plene stabilitam & anno 1521. a Carolo V. firmatam esse, notissimum est.

### XXIV.

Jam, puto, constabit, enumeratas pacis s. securitatis eminentioris species nullam cum pace domestica cognitionem habere, quamvis a plerisque interpretum cum

ea confundantur. Hujus vero origo urbibus quibusdam  
porentioribus debetur, quas reliquæ, quatenus autono-  
mia pollebant, vel eandem affectabant, imitatae sunt, &  
inter illas quidem agmen ducunt Magdeburgum, Colo-  
nia ad Rhenum atque Lubeca. Sanctio Magdeburgica  
prisca extat im Weichb. art. 88. Belagerung um eines  
Mannes Hauß/ Nothzögung und gewaltig Heimsu-  
chung (alibi Haussuchung vocatur Weichb. art. 37. & 38.  
non in sensu hodierno, quasi inquisitio rei furtivæ in lo-  
co suspecto, sed violenta invasio, quemadmodum etiam  
mit Kampff ansprechen/ & mit Kampff antworten ipsa  
certamen denotabat) richtet der Burggraff und nicht der  
Schultheiß. Mag man die Heimsuchung beweisen mit  
Schlägen und Stößen/ und mit zerhauenen Zimmer ic.  
In Statutis & Concordatis Coloniensibus anno 1437. re-  
formatis & jurejurando confirmatis *sub tit. Reformatione*  
der alte Recht und Morgensprachen Art. 84. placuit: Wer  
binnen Nachts oder Tags freventlich in des andern Hauß  
gienge/ und den also in sein selbst Hause schläge oder wun-  
dete/ den soll man mit dem Schwerdt richten/ nach Er-  
känntniß des Gerichts. Et artic. 88. Wäre aber Sach/  
daß nachmahls einige Leut/ sie wären wer sie wären/ etz-  
niger Bürger oder Eingeseßenen Geistlichen oder Welt-  
lichen Personen/ sein Hauß gewaltiglichen auffhügen/  
und sein Haab und Güter allda nähmen/ oder das jez-  
mands den andern/ anders mit Gewalt boven der Stadt  
Recht und Gerichit überfiele/ wie sich das zutragen wür-  
de / es wäre Tag oder Nacht, daß man von allen solchen  
Leuten/ nach Erkänntniß des Gerichts offenbarlichen mit  
dem Schwerdt richten soll/ quæ P. 2. art. 19. & 21. declaran-  
tur, ut eum, quem quis noctu januisque clausis in domo  
sua repererit, impune occidere liceat; adjecta ratione:  
Denn ein Haußherr oder Haußmann soll in seinem  
Hause



Hause also frey seyn/ als ein Ränker in seinem Lande. Posse vero civium aedes vi effringi, si civitatis interfit, & senatus ita decreverit. Legem Frisiorum Rustingicam eodem tempore scriptam, exhibet Gryphiander *de Weichbild. Saxon. cap. 76. n. 10.* Denique Jus Lubecense *Lib. IV. tit. 8. art. 5.* Wenn einer vorsehlich mit seinen Helffern und Helffershelffern in eines Bürgers Haus fielen und schlugen den Wirth oder sein Weib/ Gesinde/ Inwohner oder Gast/ und wird betroffen/ der soll an seinen freyen Höchsten gestrafft werden mit allen denen/ die die Gewalt üben helfen.

XXV.

Inter noviora statuta eminent Hamburgense *P. 4. Art. 51.* Der einen andern in seinen eigenen oder eines Bürgers oder Einwohners Hause vorsehlich überfällt/ und demselben allda Frevel oder Gewaltthätlich anfüget/ der soll nach Befindung des geübten Frevels oder Verge- waltung an Leib oder Leben/ oder mit ewiger Verfestung gestrafft werden. Et *Magdeb. Willführ. P. 4. art. 21.* Wer Haus-Frieden bricht/ oder da jemand dem andern in dem seinen mit der That vorsehlich muthwilliger weisse Gewalt thut/ oder dem andern bey Tage oder Nacht sein Haus auflösset/ der soll der Stadt fünf und siebenzig Mark geben/ oder nach Gelegenheit seiner Verbrechen mit Verweisung auch wohl gar am Leib und Leben gestrafft werden/ *x.* Comparari meretur Statutum Ultra- jequinum, quo poenam capitis subit, qui in aedes alienas vi irruperit, Dominumque vel inquilinum male multa- verit vel expulerit. Nec non *Loccenii collectio Legum Specie Provincialium Tit. VIII. & Legum Croatiaum Tit. IX. pas- sim.* Neque dubito fore, ut in Jure Danico Christiani *V. Hafnia 1699. ab Henrico Weghorst latine edito,* dummodo ad manus esset, multa ad nostrum institutum facientia re- quirere possint.

XXVI.

## XXVI.

Neque tamen nimiam in colligendis statutis operam poni necesse est, postquam ex allatis aliisque haud difficulter conijcere licet, securitatem domesticam natales suos debere urbibus quibusdam potioribus, indeque a reliquis alibi sanctione expressa, alibi tacite arreptam & usurpatam, sed novioribus Imperii Romano-Germanici legibus diserte comprobata non fuisse. Quemadmodum enim urbium potentia Imperatori & Principibus ab eo tempore, quo istæ in libertatem se vindicabant, suspecta semper & exosa fuit, ita leges permultæ, eæque alias optimæ, quæ privilegii rationem habebant, & civibus earum singularem prærogativam tribuebant, eo quidem modo ab Imperatoribus prope invitis confirmatæ sunt, verum in legem Imperii Germanici universalem non transferunt; unde forte factum, ut interpretes hodierni pacis domesticæ indolem peculiarem susque deque habeant, nisi qua ad leges de injuriis & vi publica privataque deflectit, ubi vocabuli ut plurimum, rarissime ipsius rei mentionem faciunt. Inde quoque esse videtur, quod in Commentariis seculo XVI. editis severior huic crimini vindicta applicetur, quam in novissimis, quia illo tempore major legum Germanicarum & Consuetudinum, quam quidem nunc, autoritas erat.

## XXVII.

Securitatem sive perpetuam sive temporalem idiomate Germanico pacem vocari supra §. 22. dictum est, unde *Kirchen = Weich = Burg = Strassen = Haus = Friede*. Ita de delinquentibus quibusdam dicitur: *die sollen keine Friede haben*. Ita munimenta etiam levissima & repellendæ vi hostili minime sufficientia, sed saltem promiscui ingressus hominum vel pecorum arcendi causa posita, v. gr. *sepes, parietes ex luto, plancæ &c.* *Schild.*

*Ex. 20.*

Ex. 20. 16. 62. quibus horti, agri vel prata cinguntur, in vicinia nostra eine Befriedigung appellantur, alibi Fried- Häger/ de quibus Datt. *de pac. publ. Lib. I. cap. 16.* Sonders- lich pflegt man am Bodensee das Wort FRIED vor eine Sicherheit und Verwahrung der Privat-Güter zu gebrauchen/ und allein diejenige Zäun/ Einfahrten/ Hagfäll zc. Fried-Seulen/ Fried-Hag/ Fried-Thor zu nennen/ welche einzelne liegende Grund gegen einander von den Allmeinden oder von der Landstraß abscheiden/ vor Einbruch des Viehes befrieden/ und vor fremden Leuten beschließen. In statutis Coloniensibus dicitur Freiheit. vid. *supr. §. 24.*

XXVIII.

Jam ad definitionem, quæ quidem, ut omnibus sta- tutis conveniat, formari vix potest, quia passim aliæ at- que aliæ circumstantiæ ad formam hujus delicti requiri videntur, v. g. ut fiat coadunatis hominibus, ut pater marerfamilias injuria in corpus afficiatur &c. Verum cum aliquando species eminentior tantum describatur, & in materiis ab arbitrio humano dependentibus conceptum rei ex eo, quod plerisque speciebus convenit, formasse sufficiat, securitatem domesticam describo: SANCTIMONIAM STATUTIS VEL CONSUETUDINE ÆDIBUS PRIVATIS QUIBUSCUNQUE TRIBUTAM, QUÆ ANIMO HOSTILI EAS OPPUGNANTES AUT IRKUENTES ET INHABITANTIBUS EORUM VEDOMESTICIS AUT AB INHABITANTE RECEPTIS INJURIAM REALEM INFERENTES GRAVIORI POENÆ SUBJICIUNTUR. Violatio vero securitatis domesticæ est CRIMEN QUO ACTUS HOSTILIS ADVERSUS ÆDES PRIVATAS ANIMO IISDEM AUT INHABITANTIBUS, AUT AB HIS RECEPTIS NOCENDI SUSCIPITUR.

D

XXIX.

## XXIX.

Quando SANGTIMONIAM dico, non qualitatem sacram, cultusve religiosi debitum, sed immunitatem ab hominum injuriis eminentiorem intelligo eodem sensu, quo sub Imperatoribus Christianis muri & portæ civitatum res sanctæ vocabantur §. 10. *Inst. de R. D.* ibique Interpretes, præsertim Vinn. in *Comment.* Eam STATUTIS vel CONSVETUDINI originem debere, ex dictis liquet, iis enim in locis, qui lege expressa destituuntur, & gravius tamen in temeratores pacis domesticæ animadvertunt, non nisi consuetudo allegari potest.

## XXX.

Hæc sanctimonia ædibus PRIVATIS tribuitur; publicæ vel pace sacra aut burgenſi gaudent, vel certe earum temeratores nunquam mitius, ac si ædes privatas violassent, puniuntur. Quodsi privatus partem ædium publicarum inhabitet, pacis domesticæ compotem esse, dubitari non debet, & in genere: quoties privatas ædes nuncupo, publicas non excludo, nisi quatenus iis majori securitate prospectum & pacis domesticæ sanctio supervacanea est. Quando vero quascunque ædes dico, omne id intelligo, quod inhabitatur, etiam tuguria, speluncas, cellas, molendina cujuscunque generis, & naves. Confirmant hanc extensionem leges Jutarum *Lib. 2. cap. 32.* *Wor ein Man zyn telt upsleit, edder eine Grufft upwerpet, edder van Strucken unde ryſen eine Hütte macket, dar be zyn gudeken inne gebracht, sine beschuttinge und wanninge darinne beſt, dar mach men an em begahn Herwerck (dat is gewelt) also wen be een egen bus hedde: Also is idt gelicker gestaldt mit einem Scheppe, dat ein man beſt beladen mit seiner fare Kaaste (id est) mit seinem Gude.* Idque adhuc magis extendunt *Leges Scaniæ Lib. 5. cap. 17.* Si quis aggre-diatur aliquem & occidat eum vel in ejus domo, vel in fun-

fundo, vel *in campo*, ubi vel fixa lancea, vel sella posita, vel erecto clypeo sibi hospitium quietis elegerit, præter justam homicidii satisfactionem XL. marcas Regi, XL. solvet consanguineis interfecti. Verum quæ de campo dicuntur, regulariter non attenduntur (Conf. Jus Suec. Provinc. tit. 8. cap. 37.) scil. fundamentum decidendi habitatio præbet. Tentoria, tuguria &c. quando inhabitantur, huc pertinent; atque adeo etiam horrea, vineæ, horti, stabula, *Bergkeller*/ quales Ileburgum, Wurzena, Jessena, Schmideberga, aliaque oppida, quæ feliciores in braxando successus experiuntur, ostendunt. Si non inhabitentur, ad pacem domesticam non pertinent, nisi horrea, horti, stabula, domui contigua sint, & maxime, si ad ea aditus non nisi per domum pateat, vel hortus domum cingat, ubi januam horti vel sepem vi fregisse violatio pacis domesticæ omnino habetur. add. *Mynling. Cent. IV. Obs. 69.* Idemque de apotheca, taberna mercatoria, officina opificiaria, balneo & sim. pronuntiandum est. Conf. Cardinal. Tusch. *Lit. D. conclus. Pract. 69. seq.* Dissentit quodammodo Jus Svecicum Provinciale *Tit. 8. cap. 3. & 43.* Quod enim meritoria & stabula domus appellatione contineri neget Ulpianus *Leg. 5. §. 5. de injur.* id inde erat, quod meritoria non inhabitarentur, at hoc hodie secus se habere, recte observavit Anton. Matth. de Crimin. *Lib. 48. tit. 4. cap. 4. n. 4.*

### XXXI.

Utrum vero & ambitus s. spatium, quod domum cingit, circuitumque publicum aut privatum præbet, ex quo domus insulæ appellabatur *Bud. ad l. sed addes. §. si inquilinus ff. locati, p. m. 668. Brisson. de V. S. voce: Insula, eadem sanctione munitum est?* non putem, nisi hoc spatium circumcirca pariete vel sepimento claudatur, etiam si dissentiant alii *Jure Saxon. Provinc. Lib. 2. artic. 66.*

moti, unde vix quicquam, quod quidem huc pertineat, exculpi potest. Quemadmodum nec tum violatur pax domestica, si quis inhabitantium in ipso limine vel ostio ædium stans a prætereunte male multetur, quemadmodum etiam statutum Ultrajectinum interpretatur *Ant. Matth. d. l. n. 6.* Utcunque enim janua domus exterior pro parte domus habenda sit, non tamen irruisse in ædes dicitur, qui vel limen non tetigit, vel in eo substitit, idque vel maxime, quia in pœnalibus & odiosis quam potest strictissima interpretatio capi debet.

XXXII.

De Cauponis quid dicendum? Statuta pleraque in mitiorem partem inclinant: Ita jure Hamburg. supra allegato: Der aus bösen Vorsatz und vorbedachten Gemüthe einen andern eigenthätlich in einem Gast-Hause oder Krüge überfalle und beleidiget/ soll in 200. Reichsthaler Straffe den Gerichts-Verwaltern verfallen seyn/ und kan er die nicht bezahlen/ so soll er dieser Stadt und Gebiethe/ bis er solchen Bruch erleget/ sich enthalten. Et Jure Lubecensi: In offenen Krügen aber/ ob sich wohl Schläge mit dem Wirthe/ seinem Weibe/ Gesinde und liebenden Gästen zutrügen/ so ist doch daran kein Haus-Friede verbrochen/ es wäre dann/ daß es geschehe in seiner Stuben/ Schlaf-Cammer oder Bette/ daran ist auch das Leben verwircket. Cæterum ubi heic nihil speciatim dispositum reperitur, distingvendum videtur inter cauponas, Wein- und Bier-Häuser/ & diverforia, Gasthöfe. Hæc quo minus aliarum ædium privatarum jure quoad securitatem fruantur, quid impediatur non video; ad illas vero quadrat, quod Mevius *ad d. art. 5. Juris Lubec.* differit: effecisse odiosam peccatis humanis in luxu ministrantium professionem, ut qui peccandi occasionem pro lucris suis præbeant, sicut queri non

non possint de perperam inter perversa actis, ita etiam illatas sibi injurias levius vindicent. Quemadmodum & eas aedes, in quibus cerevisia venditur, sed compotationes non instituuntur, da das Bier und Wein auff die Gasse verkaufft/ aber keine Gäste gesetzt werden/ cautionis æquiparari non posse quilibet perspicit. Postquam vero Magistratus oppidani multis in locis ceno- & zythopolia publico nomine exercent, in conclavibus compotatoriis auff denen Trinckstuben/ ut plurimum pacem burgensem consvetis signis indictam observare licet.

XXXIII.

Si in palæstra, catadromo, choragio magister invadatur, dum artem docet, vel exercet, pacem domesticam violari non putem, nisi exercitia Gymnastica in ædibus magistri instituantur. Id vero plus dubii habet, si dum nuptiæ celebrantur hospitis non rogati sub nomine der Großväter in aedes irrumpant, quale quid præfertim in Academiis a Studiosis fieri videmus; nec levis sæpe contra vigiles turbæ a promiscuo ingressu arcendæ causa ad ædium vestibulum dispositos, item in foribus effringendis vis adhibetur. Nollem tamen hoc factum ad læsionem pacis domesticæ referre; neque enim hostili animo irruunt, sed spectatum vel saltatum veniunt, neque ad dominum ædium, sponsum aut convivas pertinet, quod cum vigilibus agitur. Quodsi vero excitato tumultu aedes oppugnent, fenestras excutiant & hostilem erga sponsum aut convivas animum prodant, pacem domesticam rumpi constat, licet ædificium publicum sit, nec habitationi, sed solis conviviis celebrioribus destinatum.

XXXIV.

Quando HOSTILEM ANIMUM prærequiro, rixas cum patrefamilias in ædibus ipsius subortas excludo.

Fac enim ad convivium invitatum aut negotii expediendi causa aliquem sine vi in ædes alienas ingressum, postea patremfamilias offendere, & rixam eoque incallescere, donec paterfamilias verberibus afficiatur aut vulneretur; Non violari securitatem domesticam Ant. Matth. d. tit. 4. n. 6. *Mev. ad Jus Lubecense Libr. 4. tit. 8. art. 5. n. 11.* arbitrantur, atque in hanc sententiam dicasteria Saxonica sæpius ivisse audio. Consentiant leges Sveciæ Provinciales *Tit. 8. cap. 8.* si homines in domo amici conveniant, & inimici discedant, ibi non violata est pax domestica. Sed amplius cogitandum erit, annon is, qui ædes sub amicitia specie intrat, sed statim rixarum materiam undecunque arripit, & vel minima occasione suggesta inhabitantem, & ad pacis domesticæ sanctimoniam provocantem verberibus excipit, fornacem, fenestras, januas confringit &c. vel statim temerator tranquillitatis domesticæ habendus, vel minimum indicii maligni propositi ita gravatus sit, ut pro re nata remedium exquirendæ veritatis adhiberi mereatur, quod quidem in Saxonia ultra purgatorium vix extenderetur, alibi vero, & ubi domus securitatem violasse capitis aut fustigationis poenam infert, ad territionem, quin imo ad ipsam torturam ascendere potest. Malignus tamen animus ei tribuendus non est, qui ad alterius domum accedit, interrogaturus, num quæ iste in ipsius injuriam dixisse, vel fecisse fertur, vera sint, wenn man zu einem ins Haus gehet / ihn zu besprechen: talismodi enim interrogatio, nisi vel injuriæ etiam conditionales vel provocatio ad duellum accedat, minime injusta, quin multo magis laudanda est, quam taciturna credulitas, quæ simultates indies crescentes animis inspirat. Et magnus morum Doctor Siracides eam ipsam cautionem commendat: *cap. 19. vers. 13. 14. 15. 17.* Sprich deinen Nächsten darum an/  
viels



vielleicht hat ers nicht gethan; Sprich deinen Nächsten  
darum an, vielleicht hat ers nicht geredt. 2c.

XXXV.

OPPUGNATIONEM ædium sufficere, ut pax domestica violata dicatur, etsi vel maxime non sequatur expugnatio, verius est, nisi ubi statuta ingressum pro forma requirunt. Sächs. Weichb. art. 88. verb. Belagerung um eines Mannes Hauß. Nec quicquam hostile inuasoris propositum mutat, si firmitas domus obstat, quominus januam perrumpere possit, sed re infecta discedere cogatur. Nec minus securitatem lædit oppugnatio, quæ sine metu expugnationis esse vix potest, quam violentus ingressus. Conatum eodem modo puniri non debere, ut crimen consummatum, verum est; at oppugnatio ipsa vis est, non conatus vim inferendi, & sufficit, quod ejusmodi oppugnatio sine damno ædium fieri vix possit. add. Ant. Matth. tit. de vi publ. cap. 1. in fine. Excussionem itaque fenestrarum, quæ lapidibus, fustibus, Sclopetis, publico ausu patrat, huc quoque pertinere non dubito, cum damnum plerumque non solas fenestras, sed quicquid in conclavi est, tangat & inhabitantes expellat. Aliud dicendum, si noctu quis clanculum lapidem in fenestram projiciat, quæ petulantia magis, quam seria oppugnatio est, nec tanti habetur orbiculus vitreus, ut de damno illato multum conqueri par sit.

XXXVI.

Multo magis violatur securitas domestica, si quis animo nocendi eas INGRESSUS vim faciat. Idque sive vi irruat, foresque effringat, sive per fores apertas, nemine repugnante domum ex improvise ingrediatur. Priori casu, si vis fiat coadunatis hominibus, in crimen fractæ pacis publicæ incidit & capite punitur. Carpzov. P. 4. Const. 13. def. 6. Ceterum vim illatam esse oportet, neque

neque sufficiunt minæ. *Sächs. Lehn-R. cap. 39.* Es geschicht an willen/ noch an schlechten Worten keine Gewalt/wenn keine That darnach folget. Non obstat *Constit. Elector. Sax. 14. P. 4.* ibi enim plena incendii consummatio non facta incendiarii, sed casu cessat. Nec obstat *Constitutio de Diffidationibus & Constit. 15. P. 4.* quia a fracta pace publica ad læsionem securitatis domesticæ argui non debet. Porro provocationem ut adversarius ex ædibus in plateam descendat, das *Ausfordern/* non sufficere, res ipsa docet, eam enim ob causam provocho, quia vim in domo facere nolo. Denique nec injuriæ verbales sufficiunt, & ubique in legibus statutisque vis illata requiritur, quale quid de convitiis dici non potest. Quid quod nec alapa impacta alicubi pro læsione pacis domesticæ habeatur, v. gr. in Suecia, ubi minimum percussio ad livorem vel sanguinem usque passim requiritur. Ceterum regulariter alapa pacem domesticam lædi credendum est.

### XXXVII.

Alia heic quæstio nascitur, an stupri causa in ædes alienas irrumpens pacem domesticam læsisse dici possit? Ubi distingvendum videtur, an aditum sibi pandat ad meretricem ipsum expectantem, an virgini aut mulieri honestæ stuprum violentem inferre meditetur? Priori casu pro temeratore pacis domesticæ habendus non erit, quia per vim nemini nocet, & res moram tantillam facile admittit, ut magistrarus auxilium imploretur. Neque enim oportet, nec licet veritas libidinis in domo nostra tolerare, quamobrem etiam conductores ante elapsum locationis tempus ex domo conductæ recte expelluntur. *Lauterb. Colleg. ff. tit. Locat. tb. 48.* Sed casu posteriori pœna stupri violenti tum attentati, tum consummati, si non ubique durior, nullibi certe levior, quam

quam violatæ pacis domesticæ, atque adeo desuper disceptare inutile est. Pœna mortis puniri posse eum, qui noctis tempore appositis scalis domum alicujus conscendit, virginem vel mulierem honestam violandi causa, Menoch. *de arbitrar. Judic. Quest. cas. 575.* ex quorundam sententia contendit, quod quidem temere non assererem. Interim si patrifamilias fœminam honestam in tutelam recipienti violentus pudicitiaë aggressor resistat, aut fœmina vim passa domum istam inhabitet, pacem domesticam violari certum est, nec officit hominum libidinosorum obtentus: se non odisse eam, quam ad concubitum deposcunt; nam profecto nec amant, cui bonum, ex quo sexus mollior propemodum unice æstimatur, vi eripiunt.

### XXXVIII.

Neque tamen omnis generis vis in crimen turbatæ securitatis domesticæ degenerat. Scil. vim in turbativam, ablativam, expulsivam, compulsivam, repulsivam & offensivam ab interpretibus distingvi notum est. Sola vero ultima proprie huc pertinet, non reliquæ, nisi quatenus cum offensiva concurrunt. Itaque mittimus 1) casum *l. 13. quod met. caus.* 2) *l. 7. C. unde vi.* utrobique vim faciens jus quod in re habebat, amittit; si nihil in ea juris ipsi competat, præter rem pretium simul restituere tenetur. Quod hodieque observari probat Illustr. Dn. Berger. *in Resolut. ad ff. tit. quod legat. in princ.* 3) Casum, si quis furti, aut rapinæ causa aedes alienas ingrediatur, quamvis frustranea sit quæstio, postquam & furti & rapinæ pœna ut plurimum pœnam temeratæ pacis domesticæ absorbet. Equidem indistincte assentire Carpzovio non possum, quando *P. 4. Const. 13. def. 7. §. quæst. Crimin. 35. n. 37. seq.* eam rapinæ ex aedibus factæ, quam in via publica commissæ pœnam irrogari vult;

E

vult;

vult; Sed istam sententiam ad expilationem villarum solitariarum, abgelegener Dorwercke / restringendam; ceterum vero multum in poena commensuranda interesse putem inter prædonem viatores in solitudine invadentem, atque eum, qui ex ædibus urbanis, ubi multo promtiora sunt defensionis media, aliquid rapere conatur. Verum non ignoro, quibusdam in locis rapinam violationi pacis domesticæ expressis statutorum verbis annumerari. 4) casum arripiendæ possessionis vel compossessionis. 5) indagandæ rei furtivæ; non obstante quod in statuto Susatensi apud Esbach. ad Carpz. P. 4. Const. 13. def. 4. n. 9. ad fractam pacem referatur, si quis mit Gewalt Huißdoet. vid. supr. s. 24. & Statuta Spirensia anno 1328. promulgata in Lehmanni Chronico Lib. 4. cap. 16. impr. n. 36. quibus supradicta quam maxime illustrantur: Wer heimsüch thut / das heisset Heimsüch / da man freveliche jemannes Thür / Porte / Wand / oder Fenster uffstieße oder drin hiwe / oder in jemannes Hoff oder Hauß ginge, und jemand drinne verserte etc. Nec obstat. quod rem furtivam in ædibus alienis quærere sine judicis permissu non liceat, & præterea ad effringendas fores, cum pulsanti non aperiuntur, speciali ejus jussu opus sit. Faber in Cod. Lib. 2. Tit. 2. def. 9. Harpr. ad §. 4. Inst. de furt. n. 13. Non enim quod illicitum est, continuo paci domesticæ adversatur. 6) Retinendi debitoris aut delinquentis fugam præparantis, vel jam fugitivi, quod ubi magistratus copia e vestigio haberi nequit, privata auctoritate fieri potest. vid. Mynsing. Cent. 4. obs. 69. num. 10. seqq.

### XXXIX.

Antequam ulterius pergamus, considerabimus, a quibus securitas domestica violetur. Tales sunt regulariter 1) privati, non judex etiam si minus recte officium faciat.

faciat. Exemplum tragicum exhibet Modest. Pistoris  
*Vol. 2. Consil. 4.* quod huc transcribere spatium chartarum  
non finit. 2) masculi, non fœminæ, quod diserte probant  
Leges Svec. Provincial. *Tit. 8. cap. 36.* Quod si vero virago  
audacior vim faciat ædibus vel inhabitantibus, ruptæ  
securitatis domesticæ pœnam merito feret. Conf. statuta  
Spirenſia apud Lehmann. *d.l. n. 29.* Interim rarissime id e-  
venire puto, nam & improbas Carfianas in lingua magis  
quam manu fiduciam ponere & æstuantis animi impe-  
tum convitiis & ridiculis gesticulationibus potius, quam  
armis, ad quæ plerumque stupent, deplere constat. 3)  
puberes. Nam vel integra puerorum cohors facile dis-  
sipatur, & attentata violentia rectius virgis in carcere  
quam pœnis virilibus coërcetur. Ceterum recte huc re-  
feruntur CONJUGES qui non cohabitant, licet mari-  
tus prætendat, sibi uxorem suam recuperandi jus esse,  
item DOMINVS adversus conductorem totarum ædium, &  
uterque adversus conductores singulorum cœnaculorum, vel  
mulæorum, nec non adversus subconductores, quin &  
hi contra se invicem, si non sint contubernales, sed sin-  
guli propria teneant conclavia. Neque de condominis  
dubito, si domum communem quantum ad usum divi-  
serint, & alter in alterius portionem involet. Versa  
quoque vice inquilini quantum ad dominium in viola-  
tæ securitatis domesticæ crimen incurrunt non modo  
quoad conclavia, quæ hic propriis usibus servat, sed &  
quoad domum reliquam; etenim si ponamus statuto cau-  
tum esse, ut audita hora decima fores ædium occludan-  
tur, nec quisquam postea intromittatur; studiosos vero  
vel milites præsidarios tardius domum revertentes pa-  
tremfamilias ut januam referat vi aperta cogere, fene-  
stras conscindere, januam lædere: aut id genus aliud  
factum hostile & violentum patrare, eos ab impurata

pacis domesticæ violatione non liberabit prætextus: se sibi ingressum in habitaculum suum parasse, non ædibus alienis vim fecisse. Satis enim est, quod ædes oppugnauerint eo tempore, quo ut aperirentur, poscere jure suo non poterant. Unde idem dicendum, si dominus ædium cum inquilinis aut conductor totarum ædium cum subconductoribus pactus sit, ut sibi certa hora vespertina ædes claudere nec quenquam ea nocte intrmittere fas sit.

#### XL.

Personæ, quæ pace domestica gaudent, sunt 1) Paterfamilias, sive is ædium dominus sit, sive usufructuarius aut conductor, aut custos & administrator: ita Cloff. in *Sächs. Land-R. Lib. 2. art. 66. der Miether geneuß auch des Friedes in seinen gemietheten vier Pfählen* / nec non capita juris Romani *supra §. 4.* proposita, ea enim interpretationi statutorum, si reliqua sint paria, subsidium præbere in confesso est, tantoque magis quando æquitas naturalis & gentium mores ejusmodi explicationem poscunt. add. *Ant. Matth. Lib. 48. tit. 4. cap. 4. n. 3. & Mev. ad Jus Lubec. d.l. n. 14. § 15.* leges tamen Svecicæ Provinc. *tit. 8. cap. 25.* vim colono vel inquilino illatam paulo mitius puniunt. 2) Familia inhabitantis, uxor, liberi, servi & ancillæ, quod pleraque statuta *supra passim allegata* volunt & ratio poscit. 3) Conductores partis ædium aut singulorum musæorum, si pars ea, quam tenent, invadatur. 4) Hospites, quos quidem diserte exprimit Jus Lubecense & Svecicum, enimvero ubique eos sub pace domestica comprehendi arbitror per ea, quæ *supra §. 7. in fin. dicta* sunt. 5) Qui in periculo præsentis constituti ad ædes nostras confugiunt, ibique præsidium quærunt. *argum. art. 78. Lib. 3. Jur. provinc. Sax.* Et quando Jacobus Gothofr. in *Comment. ad l. 103. de Reg. Jur. in fin.* arguit: E converso igitur

igitur (quod scil. de domo, i. e. habitatione sua nemo extrahi debeat) dicendum viderur; argumentō a contrario sumpro, quemque de domo aliena, in quam se momento recepit per fugii tantum causa, non vero ibi degit quasi inquilinus, extrahi posse: de quo est etiam *lex 31. C. de Decurionib.* manifestum est, Gothofredum non invasionem illicitam, sed partim in jus vocationem, partim expulsionem ex domo ruinam minante, iisque obfians ædium privilegium, ne quis, licet legitima causa subsit, & iussus magistratus accedat ex domo extrahatur; atque adeo in universon jus Romanum in mente habuisse. Neque tamen indistincte eum qui ad ædes nostras confugit pace domestica frui assero: etenim tueri aliquem humanitatis & juris imperfecti officium, quinimo ob superueniens periculum maximi beneficii loco habendum est, quale quid nec ab invito extorqueri, neque in dubio consensus ipsius præsumi potest. Itaque ut eum qui in domo nostra salutis præsidium quærit, in tutelam receperimus necesse est; neque securitas nostra violari videtur, si litigiis, quæ ipsi cum invasore intercedunt, immisceri nolimus. Sed neque hanc distinctionem attendunt leges Svecicæ Provinciales *Tit. 8. cap. 2.* ubi: si quis confugiat in alterius domum vitans persequentem se inimicum, & persequens jaciatur vel jaculetur quid in illum, ex quo necem, plenum vulnus aut livorem accipiat, & quidem tunc, postquam venit in ejus domum, in quam auxilii causa confugerat: iste & omnes, qui cum eo erant, violarunt pacem a Rege juratam. Multa heic monenda forent, & istud inprimis, quod propositum deliberatum ad læsionem pacis domesticæ requiratur, conf. Ant. Matth. *d. l. n. 5.* quale de persequente, qui non nisi subito iracundiæ impetu agitur, dici non potest. Sed per me valeant Svecicæ leges.

XLI.

Supereſt, ut de pœna violatæ pacis domeſticæ dicam, idque breviſſimis. Ultimum ſupplicium exigunt Statuta Coloniaſia, Lubecenſia & Ultrajectinum rubric. 42. Voetio in *Comment. ad S. 8. Inſt. de publ. Jud. n. 4.* allegatum & ab Ant. Matth. *locis ſupra citatis* expoſitum, qui complura alia ſtatuta Belgica cum Ultrajectino confert. Eandem capitis pœnam, ſed pro ratione circumſtantiarum irrogat ſtatutum Hamburgenſe & Magdeburgenſe *vid. ſupra S. 25.* Statuto Suſatenſi pœna determinatur: *Zeit Markt und en fodern wiſſ.* Esbach, *ad Carpz. IV. 13. 4. 9.* & Statuto Spirenſi *zehent Pfunt Spiſcher.* Lehmann. *Chron. Spir. Lib. 4. c. 16. n. 36.* nec non Statuto Ruſtringico *teyent gelden/200. Märcken.* Gryphiand. *de Weichb. Sax. c. 76. n. 10.* Circa quæ aliaque ſtatuta ſemper inquirendum, num eo tempore & loco quo condita fuerunt, ipſa homicidia forte multa pecuniaria, eaque leviori expiata fuerint.

XLII.

Noſtro ævo nescio qua ratione factum ſit, ut huic delicto poena arbitraria oppido levis irrogetur. Ita Helmæſtadii poena ſtatuitur relegationis ad anni dimidium, ut poſt illud rediturus multam 20. florenorum ſolvat, obſervante Hahnio *ad Weſenbec. de vi publ. n. 3.* In Friſia orientali multam obtinere Beier *in not. ad Schulz. Synopf. Inſtit. tit. de injur. lit. e. tradit.* In Suecia proſcriptio e regno & publicatio omnium mobilium dictatur teſte Locennio *in LL. Provinc. tit. 8. cap. 21.* at multo ſeverior in L.L. Civitat. Suec. *Tit. 9. cap. 26.* In Saxonia Electorali olim diſtinxiffe JCtos Mollerus *ad Conſtit. 46. P. 4.* eumque ſecurus Schulz. *in Synopf. Inſt. d. l.* referunt: in domum alterius violenter irruentes exilio temporali vel perpetuo, etiam cum fuſtigatione; eos vero qui patrem: vel matrem familias etiam pulſaverint, vel vulnera-




neraverint, capitis supplicio punitos fuisse, eoque modo Lipsienses & Jenenses sapissime respondisse ex Colero *Decis.* 155. n. 24. testantur. At Colerus pacis domesticæ turbatoribus qui ædes violenter vel perfringunt, vel introeunt pœnam virgarum dictatam fuisse auctor est; relegationis temporariæ vel perpetuæ simplicis non meminit. Enimvero Carpzovius *P. 4. Const. 13. def. 4.* ad multam pecuniariam, carceris aut relegationis temporalis pœnam inclinat, & præjudicium ex Georg. Beati *Sentent. definit. Cas. varior. tit. 36.* mutuo acceptum subjungit, idemque *in Pract. Crimin. P. 2. Q. 40. n. 15.* repetit; atque alia adjicit, omnia ad multam vel relegationem temporariam tendentia. Conf. Georg. Beat. *d. l. tit. 30.* Qua occasione effati Schilteriani *Exerc. 49. §. 108.* recorder: Cur autem pœna in nostro foro in arbitrariam mutata dici possit, fundamentum non video, nisi probemus, crimen hoc non publicum, sed extraordinarium factum esse. Nec non Hahnii *ad Wesenbec. de vi publ. in fin.* Cæterum hoc crimine graviter peccari contra tranquillitatem Reipubl. manifestissimum est.

### XLIII.

At enimvero hodie in Saxoniam Electorali quantum ad Nobiles aliosque armorum capaces (reliqui enim pacem domesticam rarius & vix atrociori conatu violabunt) per Edictum novissimum contra Duella, pœna securitatem domesticam violentantium definita est: *art. 7.* *Wegåbe es sich / daß einer zu dem andern ins Haus käme / und denselben / es sey mit einiger vorhergehender Veranlassung / oder nicht / mit verdriesslichen Worten und Verbal-Injurien beleidigte / der soll / alles Einwendens ungeachtet / zur öffentlichen knienden Abbitte und Wiederruff angehalten / und ein ganz Jahr mit Gefängniß angesehen werden / wären aber die Injurien gar zn hart / soll die atrocität mit*  
zwey:

zweyjähriger Gefängniß über die Abbitte und Wiederruff bestraffet werden. Porro *art. 8.* ubi admenatio carcere annuo expianda decernitur, subjuncta clausula: Und wann es in des Bedroheten Hause geschehet / soll das Gefängniß drey Jahr dauern. Denique *art. 12.* Wann auch gar darbey der Hauß-Friede gebrochen / und einer in seiner Wohnung überfallen worden / auf solchen Fall soll des Verbrechers Straffe / so viel das Gefängniß betrifft / um einen dritten Theil noch steigen.

Atque hæc pro temporis & ingenii ratione attulisse, & in materia sterili glaciem fregisse, sufficiat. Meliora ab aliis expectabimus. Interim ista qualis qualis specimenis Academici locum tuebuntur. Immatura & a veritatis tramite aliena mihi condonari; recte & utiliter dicta unico sapientiae & bonitatis fonti deberi cupio, cui pro viribus indultis sit gloria perennis!








ULB Halle  
005 361 753

3







*2. D. B. V.*  
DISSERTATIO JURIS GENTIVM ET GERMANICI  
OCCASIONE 17  
**EDICTI ADVERSVS DVELLA**  
A SERENISS. ET POTENTISS. PATRIAE PATRE  
PROMVLGATI  
DE 1709  
**VIOLATIONE** 1712  
**SECVRITATIS**  
**DOMESTICAE** 1726  
**Hauß-Friedens-Bruch**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO IYVENTVTIS PRINCIPE  
**DN. FRIDERICO AVGVSTO**  
PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS SAXONICI  
HEREDE, ETC. ETC. ETC.  
PRAESIDE  
**D. GEORGIO BEYERO**  
Pandectarum P.P. Curiae Provincialis, Scabinatus Electoral. Sax.  
& Facultatis Jurid. Assessore  
POSTRIDIE CALEND. IANVAR. 6<sup>to</sup> 10 CC IX.  
IN AVDITORIO JCTORVM  
SOLENNITER VENTIEBIT  
AVCTOR  
**HENRICVS FRIDERICVS von Ende/ EQVES MISN.**  
EDITIO SECVNDA.  
VITEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS. 1717. 13